UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

8

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

MARTYRIVM S. BADEMI ARCHI-
mandritæ. ex Simeone Metaphraſte.

8. Aprilis.

QVo tempore quadraginta illi ſancti marty-
res glorioſum pro Chriſti nomine certamẽ
ſubierunt, Bademus vnà cum ſeptẽ ſuis qui-
buſdã diſcipulis Saporij regis iuſſu in vincula con-
iectus fuit. Erat autem Bademus oriundus ex vrbe
Betlapat, parẽtibus inprimis valdè diuitibus. Cùm
verò contemptis diuitijs, ſpretaque corporis volu-
ptate, in ſempiternæ voluptatis ſtudium tota men-
te duceretur, monaſterium extra vrbem ædificauit,
& iugi diuinarum rerum meditatione ad eximium
& rarum quoddam ſanctitatis decus peruenit.

Bademi patria.

Extruit monaſterium.

Cumque ex eo loco propter Chriſtianæ pieta-
ſtudium in carcerem protractus fuiſſet, menſes a-
modũ quatuor cum ſeptem diſcipulis grauia m-
ta inſigni patientiæ documẽto pertulit. Erat aute
eo tempore princeps vrbis Ariæ Nerſan dictus vi-
culis ſimiliter propter Chriſti nomen conſtrict-
ſed is partim inani mortis formidine victus, pa-
tim terrenarum rerum cupiditate inflãmatus, t-
piter defecerat, & ad Satanæ caſtra cõfugerat. Q-
audito Rex incredibili gaudio affectus, Badem-
ſuis conſpectibus in atrio palatij præſentari iuſ-
vt eum vel minis vel promiſſis eandẽ in peſtem i-
pelleret. Sed cùm Bademum, animo in Chriſti-
more egregiè firmato, minas pariter ac blandi-
repellere cerneret, Nerſan vinculis iam abſol-
mandauit, ſi vellet ampliſſimis eius potiri facul-
tibus, ſtricto gladio eum inuaderet, ac crudeli-
ternecione deleret. Nerſan cùm tota auiditat-
rituris illis bonis inhiaret, cupiditate cæcus en-
arripit: ſed vt ſublata manu in ſacrum illud pe-
figere tentauit protinùs ingenti quodam trem-
co-

Trahitur cũ ſuis diſcipulis in carcerem.

Nerſan princeps vrbis Ariæ deficit à Chriſto.

Nerſan iubetur interficere Bademum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

correptus, lapidis inſtar, immotus permanſit.

At Chriſti martyr pio oculorũ obtutu eum configẽs: O Nerſan, inquit, vſquequò tua malitia progreditur? Non ſatis tibi eſt Chriſtum Saluatorem negaſſe, niſi in illius etiam ſeruos mente crudeli ac truculẽta manu inueharis? Væ tibi, vę tibi, infœlix. Quid facies, aut quò fugies in terribili illo Dei iudicio, vbi nullus euadendi locus relictus erit? Ille verò his ſermonibus nihil permotus, impia mente in propoſito ſcelere perſeuerabat, ac ſtricto enſe mortem viro ſancto inferre nitebatur: ſed tremulæ manus, nec ſemel quidem opportunam plagam infligere potuit. At beatus Bademus multis impotentis gladij ictibus conciſus, ſanctũ Deo ſpiritum tradidit: Nerſan verò, qui cæca mente ad diuitias aſpirabat, ijs non modo non potitus eſt, ſed debitas etiam, diuerſis oppreſſus malis ac tandem enſe malè perditos, pœnas luit. Septem autem eius diſcipuli, quatuor annis carceris ſqualore vexati, tandẽ morte Saborij regis in libertatem reſtituti ſunt.

Bademꝰ obiurgat Nerſan.

Bademꝰ reddit ſpiritũ.

Vltio diuina in Nerſan.

VITA S. MARIAE AEGYPTIACAE.

ex ea quam Sophronius Epiſcopus Hieroſolymitanus ſcriptam reliquit. Claruit autem hac Maria temporibus Iuſtini Senioris imperatoris, circa annum Domini quingenteſimum atque vigeſimum.

ZOſimas qui fuit monachorum vnus inſigni vitæ ſanctitate præditus, cùm maioris deſiderio perfectionis ex pia cõſuetudine, prima ſacri quadrageſimalis die, vltra Iordanẽ in horrida & inculta deſerti loca exiuiſſet, vt anachoretarum aliquem ſanctitate conſpicuum inueniret, à quo verba ſalutis haurire poſſet, vidit fortè inambulãs & totus cæleſtium rerum meditationi intentus,

9. Aprilis.

Zozimas monachus inſignis.